

Cap. LVI. De requisitis de malefficio. R.c.a.

Decernimus quod quecunque persona que requisita fuerit
 per dominum potestatem Tergesti iudices vel rectores pro
 aliquo malefficio vel spretu vel alia acusa, et eidem fuerit pre-
 ceptum quod sub certa pena vel penis aliquid faceret vel non 5
 faceret, et de hoc precepto apareret vel aparere potuerit per
 duos vel plures testes vel per scripturam manu notarii, et illa
 talis persona contenserit vel spreverit talia precepta eidem ¹⁾
 facta, vel non pareret mandatis quibuscunque eidem factis per
 potestatem iudices vel rectores, si fuerit mandatum vel pre- 10
 ceptum a vigintiquinque libr. par. inferius, potestas vel vicarius
 loco potestatis possit talem personam spernentem tale pre-
 ceptum vel mandatum condemnare a dicta pena viginti-
 quinque libr. inferius pro ut sibi placuerit in eius libertate,
 150 A dummodo non ²⁾ excedat dictam summam vigintiquinque // 15
 libr. par.; et ²⁾ si precepta fueri[n]t a vigintiquinque libr. su-
 perius et precepta spreverit, non tamen persona spernens con-
 dempnari possit ultra vigintiquinque libr. par., nisi de volun-
 tate maioris partis maiori consilii. ¶ Et nulla persona, pro
 aliquo excessu sive malefficio per ipsam personam perpetrato, 20
 dominus potestas vel vicarius loco potestatis qui pro tempore
 fuerit modo aliquo ingenio sive causa possit nec debeat talem
 personam facere proclamari quod comparere debeat ad eius
 presentiam vel ad presentiam vicarii ultra tria precepta, sin-
 gulum de vigintiquinque libr.; et si contrafactum fuerit per 25
 dominum potestatem fatientem ultra tria precepta, tunc tales
 proclamationes et precepta que essent ultra tria sint casa et
 vana et nullius valoris, et persone cui facta fueri[n]t nullum
 preiudicium generari possint, tanquam si facta non essent.
 ¶ Et quod de omnibus cridis et ordinamentis per precones 30
 comunis de mandato domini preconicatis potestas iudices vel
 rectores condemnare possint contrafatientes a pena viginti-
 quinque libr. inferius, etiam si fuerit occasione rixe.

¹⁾ eadem. ²⁾ Aggiunta sul rigo.